UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Visurgis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

Visual Library

V I S U R G I S.

M E M O R I Æ. S A C R U M

EXERAT. AMISIUS. STERILES. CAPUT. INTER. ARENAS
ET. PADERÆ. SOCIAS. LUPPIA. JACTET. AQUAS
SOLUS. EGO. PATRIAS. CLARISSIMUS. AMNIS. AD. ORAS
NAVIBUS. EXTERNAS. PORTO. VISURGIS. OPES
NEC. ME. BELLA. MINUS. CELEBRANT. ADVERSA. [1] QUIRITUM
QUAM. QUÆ. PER. [2] FRANCOS. GESTA. FUERE. DUCES
SED. QUOTA. PARS. RERUM. SUPERARET. ROMA. TUARUM
AUT. QUISNAM. ARMINII. NOSCERET. ARMA. MEI
NI. MIHI. QUAM. [3] TACITUS. SCRIPTOR. DEDIT. INCLYTUS. ILLI
REDDITA. CORBEIÆ. MUNERE. VITA. FORET

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ
SEDIS. GRATIA. EPISCOPUS. PADERBORNENSIS
COADJUTOR. MONASTERIENSIS. S. R. I. PRINCEPS. COMES. PYRMONTANUS. ET. LIB. BARO
DE. FURSTENBERG

IN. RIPA. VISURGIS. ROMANORUM. FRANCORUM. ET. SAXONUM. BELLIS. NOBILISSIMI. AMNIS. DIOECESIN. PADERBORNENSEM. INTERFLUENTIS. E. REGIONE. HERISTALLI. SAXONICI
M. H. P

1 Velleius Paterculus. Tacitus. Dio Caſſius.

2 An. 555. per Clotharium Regem Francorum. Geſta Francorum epitomata, cap. 27. Gregor. Turonenſis lib. 4. cap. 10. Aimoinus lib. 2. cap. 27. An. 630. per Dagobertum & Clotharium ejus patrem, Reges Francorum. Geſta Francorum epitomat. cap. 41. Aimoin. lib. 4. cap. 18. Sigebertus in Chronico. An. 721. per Carolum Martellum. Ado Viennenſis. Annal. incerti auctoris apud Pithæum. An. 743. per Carolomannum Martelli filium. Othlonus lib. 1. c. 44. vitæ S. Bonifacii apud Serarium. Concil. General. tom. XVII. Pariſiis edit. pag. 441.

3 *Nam quinque ejus primores Annalium libri inventi Corbeiæ, quod Monaſterium ad Viſurgim eſt, atque illinc depromptum verè hunc theſaurum Quæſtor quidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis.* Juſtus Lipſius ad lib. 2. Annal. Taciti. num. 34. Idem in diſpunct. Notar. Cod. Mirandulani.